



Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

XI. Alius indiculus regalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

*Vt causas auctorum adsumendi aliquis
licentiam habeat.*

X. Malorum necesse est tergiveratio-
nem regali coercere censura. Igitur apo-
stolicus vir ille illius urbis Episcopus &c.
ut supra pag. 394.

Indiculus Regis de privilegio.

XI. Ille Rex Francorum vir inluster illi
Comiti &c. *ut supra pag. 452.*

Alius indiculus regalis.

XII. Karolus gratia Dei Rex Fran-
cum &c. *ut supra pag. 460.*

Item aliis.

XIII. Ille Rex Francorum viris inlu-
stribus Patriciis, Comitibus, Telonariis,
vel omnibus curam publicam agentibus.
Si opportuna beneficia ad loca sanctarum
Ecclesiarum vel sacerdotibus praestare non
definemus, hoc nobis proculdubio in eter-
na beatitudine retribuere confidimus. Igi-
tur cognoscat magnitudo fere almitas ve-
stra quod nos ad petitionem apostolici viri
illius urbis antistitis talem propter nomen
Domini, ejus meritis compellentibus, be-
neficium praestitisse cognoscite ut ubicun-
que infra regnum nostrum Missi sui mer-
care videntur, vel pro reliqua necessitate
discurrent, nullum teloneum nec quamlibet
redhibitionem exinde ad partem fisci
nostrri nec ipse nec Missi sui solvere non de-
beant. Propterea per praesentem praecip-
tum decernimus, quod perpetualiter man-
surum esse volumus, ut nullum teloneum
in nullis civitatibus aut pagis vel ubicun-
que in regno nostro teloneum exigatur, nec
de naval nec de carrahi evectione, nec de
rotatico, nec de pontatico, nec pulvera-
tico, nec saltuatico, nec ceppitatico, nec
de saumariis, nec de eo quod homines eou-
rum ad dorlum portant, nec nulla redhi-
bitione, quam fiscus noster exinde sperare
poterat, nec vos nec juniores aut succe-
sores vestri non requiratis nec exigatis; sed
omnia & in omnibus hoc propter nomen
Domini ipse Pontifex vel successores sui
aut memorata Ecclesia sancti illius ha-
beant indulsum, vel in luminaribus ipsius
loci proficiat. Quae vero auctoritas ut per-
petuus temporibus valeat, propria eam
manu infra decrevimus roborare.

Epiſtola donationis.

XIV. Mundi terminum ruinis cre-
brefcentibus adpropinquare indicia certa
manifestant &c. *ut supra pag. 403.*

Alia donatio.

XV. Ego ille de misericordia Dei &
pietate confitus per hanc epistolam dona-
Tom. II.

tionis datum donatumque in perpetuum
esse volo ad basilicam sancti illius, ubi ipsius
pretiosum corpus requiescit, & venerabi-
lis vir ille Abba praesette videtur &c. *ut su-
pra pag. 469.*

Donatio de parva re ad Ecclesiam.

XVI. Si aliquid de rebus nostris locis
sanctorum &c. *ut supra pag. 407.*

Cessio à die praesente ad Ecclesiam.

XVII. Dum fragilitas humani generis
pertimescit ultimum vite tempus &c. *ut su-
pra pag. 405.*

Item alia cessio.

XVIII. Ego ille cogitans Dei amorem
vel eternorum bonorum retributionem,
ideo cedo à die praesente ad supradictam
basilicam & monachos ibidem consisten-
tes cessumque in perpetuum esse volo por-
tiones meas in loco nuncupato illi. sitas in
pago illi, quae mihi tam de alode quam de
comparato vel de quolibet adtraacto adve-
nit, vel legibus advenire potest, in supra
memorato loco, tam terris, dominibus, aedi-
ficis, mancipiis, libertis, accolabus, me-
rito acclonorum, vineis, silvis, pratis, pas-
cuis, campis, cultis, incultis, aquis, aqua-
rūmve decursibus, mobilibus & immobi-
libus, cum omnibus adjacentis & appen-
diciis vel coloniciis ad me pertinentibus,
vel omni integritate, vel superposito, quic-
quid dici aut nominari potest in supra
memorato pago vel loco supra nominato vel
utique de supradictis portionibus tenere
vitus sum, totum & ad integrum à die praes-
ente ad jam memoratum monasterium
vel ad ipsos monachos ibi consistentes per-
petualiter trado atque transfundeo de meo
jure in eorum dominationem ad possiden-
dum, ut quicquid à die praesente exinde
facere voluerint, liberam ac firmissimam
in omnibus habeant potestatem faciendi.
Si quis verò, quod fieri non credo, in fu-
turum, sive ego ipse, aut ullus de heredi-
bus vel proheredibus meis, aut ulla emissā
vel opposita persona, vel quislibet, qui
contra hanc cessionem meam, quam ego
bona voluntate fieri & affirmare rogavi,
venire, agere, aut resultare, vel quibus-
cunque modis repetere aut infrangere co-
natus fuerit, nec hoc valeat vindicare quod
repetit, & insuper partibus supra memo-
rati monasterij vel monachis ibi consisten-
tibus duplum tantum quantum ipsae res eo
tempore melioratae valuerint componat,
& insuper fisco fisca multa auri libram
unam coactus exsolvat, & haec cessio

K K